

Tercius Philosophorum

sunt equales coniungere et unire ita ut constituent unam magnitudinem sicut nunc constituentur: ergo deus potest facere unum corpus longitudinis infinite in unam partem antecedens non videtur esse dubium apud aliquem catholicum consequentia tamen patet quia tunc tale corpus haberet in longitudine sua infinitas partes eiusdem quantitatis scilicet palmalis.

Duodecimo nam data aliqua magnitudine cuba potest deus in cuiuslibet partis proportionabilis unius horae instanti mittente cuiuslibet lateri illius magnitudinis addere equalē illi magnitudini cuba que unam per se magnitudinem constituent simul ergo potest facere deus magnitudinem vndeque infinitam consequentia patet quia in instanti terminante horarum erit vndeque magnitudo infinita. Et antecedens patet vnde soncinas dicit quosdam thomistas dixisse deū posse facere infinitum forte quia Sanctus Thomas dicit quo. 12. articulo. 2. quod infinitum in actu non repugnat potentie dei absolute vide distinctionem. Item suppono quod in infinitum deus potest augere magnitudinem: quia magnitudo et quantitas est ex se in terminata tunc pono quod sint aliquae magnitudines a. b. constituentes angulum cuius basis sit c. magnitudo et quod quiescentibus. b. et c. magnitudo a tantum eleuetur ex parte que constituit angulum c. b. ut sit eque distant ipsi b. cum hoc etiam pono quod continue dum eleuetur magnitudo a. deus augeat eam tantum et similiter b. in directum quod concurrant actualiter toto tempore precedente instans quo primo erunt eque distantes tunc in fine ille due linee erunt infinite ergo deus potest facere infinitum. Ans patet quod alias sequitur quod non semper prius concurrebant.

Tertio decimo quocumque deus potest producere successive illa simul potest producere actu sed ponendo mundi eternitatem deus produxit equos infinitos successive. Item frustra est potentia que non reducitur ad actum: sed deus habet potentiam infinitam ergo potest producere infinitum. Item plus potest deus quam creatura: sed secundum aristoteli. sol successive producit infinitos dies ergo deus potest simul talia producere. Item tota diuisio continui est euacuata: sed deus potest facere quodcumque continuus esse diuisum in infinitas partes quia diuina potentia equatur sue cognitioni. Ans patet quia si restat aliqua pars diuidenda per respectum ad cognitionem ergo diuina cognitio non fertur super illam partem. Si enim in suo conspectu relinquitur ulterius diuisio tunc esset in potentia suus intellectus ad intelligendum illam partem diuisibilem.

Quarto decimo omnia futura secundum Sanctum Thomam sunt deo presentia: sed talia sunt infinita: ergo infinita actu existunt per respectum ad diuinam scientiam. Item capio totam magnitudinem quam deus cognoscit illa est infinita quia cognitio dei non terminatur precise ad aliquod finitum. Item grauiori peccato debet aliqua pena que non debet minori: sed quilibet pena finita debet minimo peccato: quod probatur: quod minimum malum culpe est grauius quodlibet malo pene etiam malum venialiter. S. Tho. in. 4. ergo maiori peccato debet aliqua pena infinita ergo dabilis est pena infinita. Item si deus ageret necessitate nature tunc produceret infinitum quia infinitus est ergo et modo tenet pena quia non est minoris virtutis nunc quam tunc. Item partes proportionabiles continui pares distan-

guntur ab imparibus ergo deus posset corrumpere omnes partes relictis imparibus in suis locis et tunc esset infinita multitudo rerum separatarum et vnicuique partem proportionabilem impari tertia. 5. 7. 9. vnde decimam.

Ad primum dicitur quod infinitum proprie quantitati conuenit et consequenter materie forma autem non est diuisibilis nisi per materiam: sed notandum quod s. tho. hic ponit duplicem diuisionem: quedam est formalis et sic due intelligentie distinguuntur per diuersas differentias alia est materialis et hec facit numerum de predicamento quantitatibus vnde Albertus dicit. c. 12. tra. 2. 3. phi. quod numerus secundum latinam linguam dicitur numerus numeris: est autem numerus diuisio. Sed queritur an tempus et motus celi habent infinitatem a materia. Dicendum quod tempus habet infinitas partes secundum prius et posterius et non precise ratione materie. Sed queritur de toto tempore cathegoreumatice An ipsum sit infinitum dicendum quod sic in potentia. Sed contra secundum philosophum infinitum habet rationem partis sed totum tempus non habet rationem partis forte dicitur quod tempus infinitum non debet dici totum quia totum et perfectum idem sunt tempus autem est infinitum et similiter motus celi vel forte dicitur quod motus celi non est infinitus secundum aristoteli. nisi in potentia. Contra. Sanctus Thomas dicit. i. p. q. 10. ar. 4. quod si motus celi semper duraret tempus non mensuraret ipsum secundum suam totam durationem cum infinitum non sit mensurabile hoc autem non est verum nisi de infinito in actu. forte dicitur quod si aliquod esset infinitum ipsum non esset pars quia capto aliquo absolute infinito tunc nihil est quin sit pars eius ergo ipsum non est pars alicuius alterius ergo est totum dicendum quod infinitas in potentia oritur a materia et illa habet rationem partis.

Et per hec patet ad alia.

Ad tertium dicitur Lapre. quod forma separata non ageret neque transmutaret materiam propter duas rationes. Prima quia agere conuenit singularibus formis autem separata non est singularis: sed est velut idea platonica Sanctus Thomas. quo. 7. ar. 10. Item nihil fit nisi a sibi simili nihil autem fit nisi compositum ergo forma separata non ageret et hoc confirmatur ex Sancto Thomam. iij. parte. q. 76. ar. 7. vbi dicit quod accidentia corporis christi non possunt immutare medium quia non habent habitudinem ad locum. Unde nec eius calor calefacit digitum sacerdotis nec eius albedo videtur idem per ex prima parte. q. 10. arti. 2. et propter hoc dicitur quod angelus nullam formam absolutam potest imprimere: sed contra hoc arguitur ex S. Tho. i. par. q. 56. ar. 1. nichil differt ad hoc quod forma sit principium actionis quod sit inherens vel quod sit per se subsistens et exemplificat de calore dicit etiam auctentia quod si calor esset a materia expoliatus per seipsum ageret absque materia ut dicit Sanctus Thomas. de potentia. q. 3. ar. 1. arti. 5. Forte dicitur quod miraculose posset agere. Contra tunc non probaret intentum prima parte. quia per hoc vult probare quod angelus intelligit se per seipsum naturaliter ideo dicitur quod actio forme separate non est infinita ut patet de intellectione angelii. Gregorius ad hec argumenta aureoli dicit in primo aliquid posse moueri in instanti. Sed contra motus est actus entis in potentia ergo repugnat totum motum esse simul. Item non ponit idem esse in eodem instanti esse in termino a quo et in termino ad